



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

Anno MDCCXLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](#)

Cancellaria de Jure quæsto non tollendo, e qualissimo altre Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche Nostre, e de' Nostri Predecessori, Leggi, Statuti, Riforme, Stili, Uff, Confuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte, e fin-gole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colle pienezza della Nostra Potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e total effuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Moto proprio, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di 28. Ottobre 1748.

Data li 28.
Octob. 1748.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ut igitur Nostra hujusmodi mandata atque præcepta, ad Civium sinal & possidentium indemnitatem, & commodum, & ad Urbis utilitatem, & decus condita atque statuta, qua etiam duabus Edictis, alias diebus 22. Aprilis Anni Domini 1671. & 6. Maii Anni 1679., recol. nem. Prædecessoribus Nostris Clemente PP. X., & Innocentio PP. XI. respective assentientibus, & jubentibus, ab ipso Viarum Tribunali emanatis, & publicatis, in pluribus, & substantialibus confertanea, & conformia compemimus & recognovimus, perpetuis futuris temporibus debitam executionem, & inviolabilem firmitatem obtineant; eadem Apostolicis hisce Nostris Litteris inserta, atque earundem tenore, ac simili motu, scientia, & potestatis plenitudine iterum confirmata ac robora, ib omnibus, ad quos pertinet, seu pertinebit postrem, exactissime observari, & impleri etiam perpetuo statutum atque decernimus. Maadantes prefato Dilecto Filio Nostro nunc existenti S. R. E. Cardinali Camerario ac Dilectis etiam Filiis Camerae Nostre Apostolica Clericis Præsidentibus, necnon Viarum Magistris, ceterisque ejusdem Camerae, & Tribunalis Viarum Officibus, & Ministris, itemque Dilecto Filio Auditori Nostro, ejusque & prædictorum omnium Successoribus pro tempore futuris, ut omnia & singula a Nobis in præserta Schedula Nostri Motus proprii disposita atque statuta, tam ipsi, in quantum eorum respectiva Officia, sive de jure, sive vigore specialis Mandati Nostri, concernunt, exacte observent, quam etiam ab aliis sibi subiectis, ad quos pertinet, ac pertinebit postrem, exactissime impleri, & observari faciant, sub penitentiæ statutis atque contentis. Ac decernentes ipsam præfertam Schedulam, necnon praesentes nostras Litteras, quibuscumque Juris, seu Facti defectibus, qui adversus illas opponi, ac deduci possent, minime refragantibus, omniaque, & singula in ipsis præscripta atque decreta, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, suisque plenarios, & integros effectus fortiri & obtinere, atque iis, quorum favorem respiciant, plenissime suffragari; siveque, & non alias per præmissos omnes & singulos, aliosque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & Palatii Apostolici Auditores, sublata ipsis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si fecus super iisdem a quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus his, quæ in prædicta Schedula non obstat decretivimus, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-

ginam Nostra Confirmationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominica MDCCXLVIII. Tertio Kalendas Januarii Pontifici. Nostri Anno IX.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Afferitur Identitas Corporis Sancti Joannis de Matha, quod Matriti colitur, occasione donationis antiqui Sarcophagi, ubi illud Roma asservabatur.

Dilecto Filio Michaeli a S. Josepho Ministro Generali Fratrum Ordinis Sanctissima Trinitatis Redemptionis Captivorum Excalciatorum nuncupatorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

MINIME dubitamus, quin memoria retineas quidquid a Nobis alias, dum Tu quidem Officium Procuratoris Generalis incliti Ordinis tui in hac Alma Urbe nostra obires, Nos vero in minoribus constituti, Promotoris Fidei munus gereremus, præstitum fuerit, ut debitus Sacris Exuviis S. Johannis de Matha ejusdem tui Ordinis Fundatoris cultus restitueretur. Illius namque Corpus in arca marmorea, seu Sarcophago in Ecclesia sub invocatione S. Thomæ Apostoli in Formis dicta in Monte Cœlio ejusdem Almae Urbis Nostre, quæ ad Dilectos Filios Capitulum, & Canonicos Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano spectat; et si ab initio conditum rameo anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, inde in Hispanias translatum apud Nuntium hujus Apostolicæ Sedis in Hispaniis tunc temporis coemorantem depositum fuit: quod deinde anno MDCLXXXVI. cl. mem. Marcellus Cardinalis Duratus apud Hispaniarum Regem Catholicum Apostolicus itidem Nuntius Ministro Generali, & Diffinitorio laudati Ordinis ea tradidit conditione, ut sub Altari Cappella in Cella Venerabilis Fratris Thomæ de Virgine Matriti erecta collocaretur. Mota autem in congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum tam anno MDCLXIX., quam anno MDCCCV., controversia quoad Identitatem Ossium Corporis S. Joannis de Matha, que Roma primum, postmodum Matriti observari asserebatur, ipsa Congregatio respondebat, *Non confitare de Identitate*; iterum ius fel. rec. Clementis PP. XI. Prædecessoris nostri postulato super ipsa Identitate apud eamdem Congregationem Cardinalium edito, factum fuit, ut Nobis, dum partes Promotoris Fidei ageremus, per gravissima rationum momenta in quarto Libro Operum nostrorum de Canonizatione Sanctorum part. 2. cap. 25. num. 8. typis impresa, admittibus, plena resolutio, postquam laudatus Clemens XI. Prædecessor Noster viam universa carnis ingressus fuisset, die xix. mensis Martii, prodiret die vi.

LXVIII.

Pont. alias
de cultu S.
Joannis de
Matha solli-
citus fuit.

Olim Cor-
pus dicti San-
cti Roma ser-
vabatur.

Deinde in
Hispanias
translatum
Matriti repo-
situs fuit.

De contro-
versia orta in
Sac. Rituum
Congrega-
tione super
identitate
Corporis S.
Joannis de
Matha.

Ex Senten-
cia Summi
Pontificis,
tunc Prom.
Fidei prodiit
resolutio af-
firmativa.

ANNO
1749.

A. I. m. Inno-
centio XIII.
confitata.

Deinde
Pont. egi-
cum Capitu-
lo Vaticano
pro consen-
tu, ne dictum
Corpus Ro-
manum denuo
transfere-
tur.

Laudes Or-
dinis SS. Tri-
nitatis, & in
illum Pont.
benevolen-
tia.

Ob quam
Pont. vere-
rem urnam,
in qua Cor-

304

B E N E D I C T U S XIV. An. IX.

ANNO
1749.
pus diebus
de Roma le-
vabatur, &
nifro Gen-
rali dona-

Ut inde
jus Offa &
ponante.

Prefectio
Litterarum
auctoritatis
omnia pre-
missa firmat.

Dat Pa-
Amo IX d.
3. Februa-
rii 1749.

mensis Septembris anno MDCCXXI. *Confare
nimur de Identitate.* Eapropter hujuscem refolu-
tionis decretum rec. mem. Innocentius PP.
XIII. itidem Prædecessor noster approbat.

Quoniam autem eodem tempore, & Promoto-
roris Fidei, & Secretarii Congregationis Ve-
nerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-
dinalium Concilii Tridentini Interpretum mu-
neribus fungentes, Canonicatu etiam in eadem
Basilica Vaticana fruebamur, ita cum Canonici-
colis Collegis Nostris egimus, ut benigne No-
stris votis assentientes, ipsos Fratres sapienti
Ordinis tui ab omni penitus liberarent onere,
& obligatione, Offa S. Joannis ex Hispaniis,
ubi custodiebantur, Romam, unde translata fuer-
ant, iterum remittendi. Nec minorem sane
adhibuimus operam, ut consensus hujusmodi a
Capitulo Vaticano praefitus ab eadem Congre-
gatione Cardinalium Concilii Tridentini Inter-
pretum die septima mensis Februarii anno
MDCCXXII. Nobis Secretarii ministerium su-
stinentibus cum clausula, de Apostolico bene-
placito impetrando, approbaretur.

Porro ad Supremum Sacrosancti Apostolatus
Apicem quamvis immerentes per inestabilem
Divinæ bonitatis abundantiam evecti, ubi op-
portuna sepe dedit occasio, quemadmodum re-
bus ipsis expertis es, nullam passi sumus elabi
opportunitatem, quam arripebentes, Ordinem,
cui tanta cum nominis tui, & regularis discipli-
na laude Minister Generalis modo præs,
de Catholica Religione & æterna Christifide-
lium salute benemereri pergentem, præclaris
Apostolice Nostre benignitatibus, auctoritati-
que argumentis non cumulaverimus. Verum
ut Tibi, Dilecte Fili, tuisque Religiosis Alum-
nis magis magisque pateat, quanta Vos pa-
terna caritate complectamur, quantaque vene-
ratione S. Joannem de Matha Fundatorem di-
cti Ordinis prosequamur; memoros, quod in
memorata Ecclesia Sancti Thoma in Formis,
post Altare Majus, in parvo Sacrario, adhuc

vacua reperiretur Urna Marmorea, five Sarco-
phagum, ubi Offa ejusdem Sancti Joannis de
Matha tumulata diu jacuerant, una cum inscul-
pta epigraphe hoc indicante, illam seu illud
Nobis a Capitulo & Canonicis antedictæ Basili-
ca Vaticana dono dari postulavimus: Nec alia
certe ratione, quam ut Nos quidem illud mo-
numentum pari donationis titulo Tibi elargire-
mur, Tu vero in Hispanias transmittendum, &
tuis Religiosis Alumnis Matrii commorantibus
tradendum curares, hi demum ea, qua decet,
veneratione inibi custoditum tenerent. *Æquum*
enim Nobis visum est, ut ubi Offa S. Joannis in
præsencia requiescant, ibi & pristinum co-
rumdem Sacrorum Officium Sarcophagum cum
inscriptione, in perenne veritatis argumentum
constitueretur.

Ceterum fuis per hasce Nostras in forma
Brevi literas non tam Te, quippe qui omnium
hac in re gestorum conscius es atque partici-
pans, quam modernos, ac futuros Ordinis tui
Religiosos Alumnos monitos voluimus, ut non
solum quidquid haec tenus actum gestumque fue-
rit, futuri temporibus perspectum, verum
Apostolica etiam auctoritate per easdem Nostras
literas, tamquam authentica documenta, con-
firmatum haberent. Interim ad Te, tuosque
Frates potissimum pertinet, ut tam pretioso
munere gaudentes, assiduis Nos apud Deum
vestrarum obsecrationum suffragiis commen-
detis, dum Nos celestis præsidii aufpicem,
& studiose nostræ ad Vobis, quoad integrum
est, gratificandum voluntatis pignus esse cupi-
mus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi,
Dilecte Fili, iisdemque Religiosis Alumnis tuis
peramauter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die tertia Februarii
MDCCXLIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Cajetanus Amatus.



INDEX